III

Sed et serpens erat callidior
cunctis animantibus terrae quae fe:
cerat Dominus Deus. Qui dixit ad mu:
lierem Cur praecepit vobis Deus ut
non comederetis ex omni ligno para:
disi? Cui respondit mulier. De fructu
lignorum quae sunt in paradiso ve:
scimur: de fructu vero ligni quod est
in medio paradisi, praecepit nobis
Deus ne comederemus, et ne tangere:
mus illud: ne forte moriamur. Dixit
autem serpens ad mulierem, Ne:
quaquam morte moriemini. Scit
enim Deus quod in quocunque
die comederitis ex eo: aperi:
entur oculi vestri. Et eri:
tis sicut Dii scientes bo:
num et malum. Vidit